Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

& officio ab exquiſitiſſimis per Germaniam Symphoniacis inter ſuaviſſimos modulos, atque fides dulciores rariſſimâ Harmoniâ decantatis, S. SABINVS eâdē, quâ inductus fuerat pompâ, feſtivè *in Arcem eductus, ſacrario* eiusdem impoſitus eſt, *ſereniſſimorum & vrbis Tutelaris futurus. Ex Annal. Collegij.*

XXVIII.

IN *Hoven* ad *Sulpiacum Virginum nobilium in Parthenone*, Venerabilis GVDÆ *Virginis Converſæ* memoria, quæ ſingulari obedientiâ, ſubmiſſione, charitate, morum candore, & laborum patientiâ ita conſpicua, DEOQVE grata fuit, ut culinaria officia obeunti CÆLITES *cum Puero IESV* multâ luce ſpectabiles frequenter aſſiſtere viſi ſint. *Ex Faſt. Gelenianis.*

XXX.

IN *Patrum Societatis* IESV EIFFLIÆ *Collegio* S. DONATI *Martyris Translatio*, quem anno poſt Servatoris adventum M.D.CLII *Româ eidem Collegio* dono miſit *admodum reverendus* in CHRISTO *Pater* GOSWINVS NICKEL ex *Coslar Iuliacenſis Ducatus, decimus* SOC. IESV GENERALIS ex *Cœmeterio* S. AGNETIS extra portam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN